

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Berta etas mūdi

Anno mundi. 6203.

Anno xpi. 1004.

Joannes decimus nonus papa. p̄ria romanus e regione porte metropolitane. ioanni pontifici suffectus. qui pontificatū inuens. ad oculū cōuersus. Et ip̄e nil dignū memoria gessit. Is aut̄ (vt q̄dam auctores ferunt) p̄t. ficatus sui anno quarto. mense item quarto morit̄. Sepeliturq; in basilica petri. vacat tū sedes diebus vnde viginti.

Sergius ei⁹ nois quartus papa. p̄ria roman⁹. p̄re Martino ort⁹ fuit. post ioannē predictū pontifex suffectus. Vir sanctissime vite grateq; cōsuetudinis. Et añ pontificatū ⁊ in ip̄o magistratu fuit in paupes liberalis. In amicos ⁊ familiares iocūdus. in delinquentes clemēs. in p̄tumaces modestus. Tāte p̄terea prudentie fuit. vt toto suo p̄t. ficatu nil cōmissum sit. quo merito rep̄hendi gubernātis negligentia posset. In deū em̄ mentem oēm cōuertēs. qd̄ facere pontifices om̄es deberent. iuste atq; integre oīa ex animi sui sentētia bñ natura ⁊ moribus instituti gubernabat. Interea v̄o huius cōsilio ⁊ monitionib⁹ principes ytalie cōposito federe consilia ineunt pellendi sarracenos e sicilia. idq; moliri paribus animis ⁊ copijs instituūt. Unde ⁊ Guilhelmus magni Lancredi normādie ducis filius adiuuantib⁹ etiā campano ⁊ salernitano principibus illos e sicilia breui t̄pis spacio expulit. Dū hec in ytaliam ⁊ apulia agerent̄. laborante ytaliam ⁊ fere toto vrbe terraz fame ac peste Sergius vir sanctissimus secūdo pontificatus sui anno. die. xv. morit̄. sepeliturq; in basilica petri. vacat tum sedes diebus octo.

Anno mundi. 6213.

Anno xpi. 1014.

Benedictus octauus papa. p̄ria tusculanus. p̄re Gregorio. Qui in ito p̄t. ficatu ⁊ in demortui ottonis tercij locū heinricū impatorē scdm̄ institutionē gregorij quinti creatū corona imperij donat. Inde oībus in rebus heinrici cesaris defensione vtebat̄. Sed eo mortuo defensore e sede pulsus per seditionē. alio in locū eius suffecto pellitur. Vex postea in ita cū inimicis suis concordia. pulso adulterino pontifice. in urbem euz dignitate rediens. Nec multo post vndecimo pontificatus sui anno. mense vno. die. xij. morit̄. Sepeliturq; in basilica petri. Sunt etiam qui referant p̄cipue petrus damian⁹ doctor de isto benedicto. episcopū quendā vidisse die quadam in solitudine hūc benedictum papam equo nigro insidentem. eūq; interrogasse. quid cause hoc esset. cur mortuus equo nigro veheret̄. Respondisse dixit. grauiter torqueor. Tum benedictum hominē rogasse. vt pecunias quas occultauerat (locum indicat) pauperibus suo nomine erogaret. Nam que antea date fuerant elemosinaz noīe. nil ei profuisse. quia ex rapinis parta costabat̄. fecit mandatum episcopus. ac statim episcopatu se abdicans ⁊ vitam monasticam amplexus est.

Joannes eius nominis vigesimus papa. p̄ria roman⁹. patre gregorio. episcopus portuensis vt quidam volūt vel vt alijs placet nullis sacris añ inicitus pontificiū munus suscepit. eo tempe quo conradus in demortui heinrici locum impator creatur. accepta deinde ab eo imperij corona. Quē postea romani seditionibus ⁊ apertis p̄t. hys plurimū vexauere. Sed Conradi cesaris auctoritate ⁊ potentia liberatus fuit. Romanis quoq; exitiū interminatus est si diutius queadmodū ceperant pontificē seditionibus vexassent. Joannes autem cui⁹ vita mirifice laudatur. Vndecimo pontificatus sui āno. die nono moritur. vacat tum sedes diebus octo.

Anno mundi. 6223.

Anno xpi. 1024.

Benedictus ip̄ius nominis nonus papa vt quidam volūt benedicti octaui nepos. patria tusculanus. patre alberico. Hūc romani tanq; homines ignauū ⁊ nullius p̄t. hys perosi e sede deiciūt. In eiusq; locum sufficiunt Joannem sabinum episcopum. Siluestrū tercij appellantes. Quo post nouē ⁊. xl. dies pulso. denuo benedictus restituitur. Is autem post mensem ⁊ die. xi. cum cerneret se iterum subiturū eadem discrimina. Joanni archidiacono sancti Joannis ad portā latinā qui postea Gregorius sextus appellatus est. pontificiū munus libere cessit. v̄l (vt quidam affirmant) vendidit. Hanc obrem merito ab om̄ibus bñdictus ip̄e accusatus est. ⁊ iudicio diuino damnatus. Constat em̄ si simulacrū eius admodū monstruosum post mortem cuidam apparuisse. Interrogatūq; quid illa horrēda ymago p̄ se ferret. cum antea pontifex fuisset. quia inquit in vita sine lege ⁊ ratione vixi. Ideo volente deo ⁊ petro eius sedem oībus probis fedam. simulacrū meū plus feritatis q̄ humanitatis in se habet. Nam cum annis decem mensibus quatuor. diebus nouem per interualla sedē petri occupasset. tandem moritur. Nec vacasse tum sedes dici potest cū pontificatum vendiderit. Scilicet igitur. xij. ecclesie cōfusione ac scandalo plenū fuit inter benedictum ⁊ alios.

Linea summoꝝ pontificū
Joannes decimus non⁹



Sergius quartus



Benedictus octauus



Joannes vigesimus



Benedictus nonus

